





tollant, & de Christi gloria ibi gustum haurire videantur.

68. Ad Philippens. 3. n. 20. Nostra conversatio in caelis est... Ait Paulus ad philippens. 3. n. 20. Nostra conversatio in caelis est...

69. Ephel. 4. Scribens Paulus ad Ephel. 4. n. 1. ait. Obsecro itaque vos ego vincit in Domino, ad persuadendum suos discipulos ad eius dicta auscultanda...

QUESTIO XI.

Quare a respiciente Angelo excitatur Petrus percussio lateris, & non potius apprehensa manu vel ped.

70. D. Chry. sol. Difficultas quaestio. Adest Angelus, & percussio Petri lateris eum excitavit, & ut notat Chrysostr. ipse profundè, & altè dormiebat...

71. Beda. A l. 2. ro Petri fundamentum Ecclesie. Beda respondet notans. Percussio lateris commemoratio passionis Christi est, de cuius vulnere salus nostra profuit...

72. Gen. 18. Gen. 16. Gen. 28. Judic. 6. 1. Reg. 3. Luc. 2. Sapè in veteri testamento apparuerunt Angeli Abraham, genef. 18. Agar, Genef. 16. n. 7. Jacob, Genef. 28. n. 12. Gedeoni Judic. 6. n. 15. Samueli. 1. Reg. 3. n. 4. & cap. 15. n. 15. n. 0. & aliis, & nunquam Angeli apparuerunt eis in claritate, & luce, & etiam in novo Testamèto, ut quando Angelus Zachariae, Luc. 1. n. 11. vel quando apparuit Joseph in fomnis Matth. 1. n. 20. vel Magis, Matth. 2. n. 12. sed in nocte nativitatis Christi appareat cum multa gloria & splendore...

73. Matth. 2. Matth. 28. Matth. 28. Ait illi in visum quomodo claritas Dei circumfulsit illos. Luc. 2. n. 9. & in Resurrectione Angelus ad Sepulchra Christi Erat autem aspectus ejus sicut fulgure, Matth. 28. n. 3. & hic Angelus ad Petrum. Et lucen resulsit in habitaculo. Angeli tunc se exhibent, in luce, & claritate quando veniunt in obsequium Christi, & petri, in Nativitate Christi cum ipso lux magna orta est in mundo Beda, sic & in Petro ex ejus Confessione mandus illuminatus est...

lucè, & claritate quando veniunt in obsequium Christi, & petri, in Nativitate Christi cum ipso lux magna orta est in mundo Beda, sic & in Petro ex ejus Confessione mandus illuminatus est...

74. Petrus non solum dedit lucem hominibus, ac Orbi sublunari, sed etiam ipsi Angelis celestibus. Ait Paulus ad Ephel. 3. n. 9. Dispensatio Sacramenti absconditi a faculis in deo, qui omnia creavit ut innoscat Principibus, & potestatibus per Ecclesiam multiformis Dei sapientia...

QUESTIO XII.

Quare cum Angelus dixisset Petro, surge velociter statim catena de manibus ejus ceciderunt?

75. Ait Angelus petro, Surge velociter. Optimè adotarunt D. Chrysostr. & Oecum. Velociter non trepidantis est, sed suadentis ne cunctetur. Dicam etiam, non sunt verba precipientis sed suadentis, Petro ob suam magnam auctoritatem non audet Angelus precipere, sed tantum suadet, ne moras audeat interponere, sic etiam ei dicitur Act. 22. n. 18. Festina, & exi velociter de Jerusalem.

76. Suos Ministros non vult deus torpentes, & negligentes, sed veloces, ac diligentes, Qui facit Angelos...

QUESTIO XIII.

Quare Angelus suadet D. Petro, ut calceet caligas suas.

80. Ait Angelus Petro: Circunda tibi vestimentum tuum; quia, ut inquit Beda, & Lyranus, Petrus ob frigus laxaverat vestes ad cooperiendos pedes, ne forte etiam milites astantes ob suam tyrannidem contererent pedes ipsius dormientis.

81. Ait illi Angelus: Calcea te caligas tuas: Græcus in quo scripsit D. Lucas & Syriac. habent Sandalia noster tamen Interpres posuit caligas, quia ut ait Salmeron, alligando dicta, & quia maximè explicant rem; nam Hebræi, Græci, & Romani non utebantur trimialibus, ut ex antiquissimis picturis constat, & noster Interpres non posuit calceos, qui totum pedem cooperiunt, sed caligas, quæ à parte pedis inferiori soleas habebant, & à parte superiori corrigiis ligabatur, & sic dixit Abrahamus Regi Sodomæ Genef. 14. n. 23. A filo subtegmis usque ad corrigiam caligæ non accipiam.

82. Ex dictis colliges solutionem cujusdam difficultatis hic incidentis; nam Christus præcipit suis apostolis; Matth. 10. n. 10. Nolite portare calceamenta, quomodo ergo Petrus portabat caligas. Respondetur cum D. August. Carthusiano. Hugone, & aliis, quos citavi tom. 3. in Evangelic. cap. 7. q. 6. n. 3. quod calceamenta totum pedem cooperiunt, & hæc prohibet Christus, scandalia vero, seu caligas, quæ solens habent à parte inferiori, & ex superiori corrigiis ligantur, has concedit, & permittit, quibus Petrus utebatur, quia, ut ait Hugo Judæa erat terra valde saxosa, & calida, & ut ab his pedes defenderentur, talia sandalia consueverunt.

83. Angelus tam diligenter urget Petrum, ut caligas calceet: inquit Glossa, ut facilius ac expeditius iter arriperet, 2. Quia terra illa valde immunda non erat digna illas tam sanctas plantas tangere. 3. Calige illæ res erant Petri, non fuerunt ibi relinquendæ, ac venirent ad usum militum res Ecclesiasticae, etiam una corrigia veteris calceamenti non est assumenda, & adscribenda militibus, ut illis quocumque modo inserviat.

84. Cum meus Jesus esset exaltatus in Cruce, de veste Christi: Dixerunt inter se milites ad invicem non scindamus eam, sed fortiamur de illa cujus sit. Joan. 19. n. 24. Vestes crucifixorum erant tamquam stipendium militum, sic ait noster D. Cyrillus Alexand. lib. 12. in Joan. cap. 32. Vestes damnatorum quasi hereditatis lege ad se pertinentes sibi vèdicant. Et similiter D. Chrysostr. homil. 84. in Joan. 6. ex lege communi, ut talium damnatorum vestes, tamquam stipendium ad milites pertinerent, cur alta Dei Providentia disponit, ut non tamquam stipendium, sed per sortem illis, ut jam dictum erat à Propheta Psalm. 21. & magna cautela observatum sit: Vestis illa erat res sacra, & ecclesiastica, utpote Christi, ideo ipse sua suprema, & alta Providentia ordinat, ut non veniat ad milites tamquam suorum laborum merces, ac stipendium, sed per sortem, ac felicem eventum divinæ gratiæ, ut multi existimant de milite, cui tantus thesaurus obvenit, sic ait D. Ambrosius ad cap. 23. Lucæ: Dividuntur vestimenta, & aliud sorte defertur, nempe Dei dona Hæc est alta Dei ordinatio, quod ex re Ecclesiastica, ne filium quidem unius vestis sit militibus.

85. Exactores tributorum dicunt ad Petrum: Magister vester non solvit didrachima, quod cum cognovisset

77. Hebr. 1. Itai. 18. Eccl. 31. gelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Hebræor. 1. n. 7. & de prædicatoribus Evangelicis ait, Isaias 38. num. 2. Ite Angeli veloces ad gentem convulsam, & dilaceratam. Unde Ecclesiast. 31. n. 27 dicitur: In omnibus operibus tuis esto velocis, & omnis infirmitas non occurret tibi. Et Proverb. 22. n. 29. dicitur: Vidisti virum velocem in opere suo, coram Regibus stabit, nec ante erit ignobilis.

78. Ait Jerem. cap. 27. n. 2. Hæc dicit Dominus ad me fac tibi vincula, & catenas, & pone eas in collo tuo, & mitte ad Regem Edom, & ad Regem Moab, & ad Regem filiorum Ammon, & ad Regem Tyri, & ad Regem Sydonis, in manu nuntiorum, qui venerunt Jerusalem, mandat Deus Jeremiæ, ut conficiat catenam, & ponat in collo suo, ut non solum verbis fed etiam signis; ut inquit D. Hieron. Carthus. & Hugo denuntiet populo Israëliticæ captivitatem sub nabuchodofore, & statim illi præcipit, ut illam eandem catenam transmittat ad Reges quinque vicinos, eandem servitutem regi Babylónico denotans, sed cur illam catenam, quam tibi fecit Jeremias ex mandato Dei, & pro brevi tempore tenuit in collo suo, mittit ad illos Reges, cur non alia fabricatur; Jeremiæ magna, & ampla potestas data est à Deo Jerem. 1. n. 10. ait ei Deus: Ecce constitui te hodie super gentes & super regna, ut evellas, & destruas; & disperdas & dissipes, & edifices, & plantes. & ut explicat Hieronym. Theodoret. Rabanus, Lyranus Constitui te tamquam prophetam, Doctorem, & ductorem multa cum potestate, ut destruas, & edifies, & qui tanta præminebat excellentia, ligari catena non licebat, sed mandat Deus eam à se abjicere, & ad alios transmittere.

79. Ingreditur Noë in arcã, & cuncta animalia cum eo: Et inclusit eum Dominus de foris. Genef. 7. n. 16 & ferratus ibi Noë tamquã inclusus in carcere, ut advertit Burgenis, maximè tamen expendendum est, quod Dominus de foris clausit eum, & cur ad hoc non destinatur unus Angelus, sicut ad Abraham Ne extendas manum super puerum, vel sicut ad Agar, Jacob, Gedeon, Samuel, ut supra dixi q. 10 in limine, sed ipse dominus per se ipsum de foris clausit, quod ad singularem dei providentiam erga Noe communiter referunt Sancti patres D. Chrysostr. D. Ambros. D. August. & in hac tanta Dei Providetia illud considero, quod Noe erat constitutus à deo Princeps, & caput totius generis humani eique dictum est: Terror, ac tremor vester sit super cuncta, quæ moventur in terris. Genef. 9. n. 2. Et vir tam eminentis dominationis, in magnum documentum nostrum, non ab aliqua creatura sed solum ab ipso Omnipotente Deo est recludendum & incarcerandum.

80. Ait Angelus Petro: Circunda tibi vestimentum tuum; quia, ut inquit Beda, & Lyranus, Petrus ob frigus laxaverat vestes ad cooperiendos pedes, ne forte etiam milites astantes ob suam tyrannidem contererent pedes ipsius dormientis.

81. Ait illi Angelus: Calcea te caligas tuas: Græcus in quo scripsit D. Lucas & Syriac. habent Sandalia noster tamen Interpres posuit caligas, quia ut ait Salmeron, alligando dicta, & quia maximè explicant rem; nam Hebræi, Græci, & Romani non utebantur trimialibus, ut ex antiquissimis picturis constat, & noster Interpres non posuit calceos, qui totum pedem cooperiunt, sed caligas, quæ à parte pedis inferiori soleas habebant, & à parte superiori corrigiis ligabatur, & sic dixit Abrahamus Regi Sodomæ Genef. 14. n. 23. A filo subtegmis usque ad corrigiam caligæ non accipiam.